Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41458
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Hi annunciare mane misericordiam tuam et veritatem tua per noctem. Quia delectasti me domine in factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua domine nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet: et stultus non intelligit hec. Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum: et germinaverint omnes qui operantur iniquitatem: ut conteraantur in seculum seculi. Tu autem altissimus in eternum domine. Quia ecce inimici tui domine quia ecce peribunt: et dispersi sunt omnes operantes iniquitatem. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum: et senectus mea in misericordia uberi. Et